

per retortam, & igne valdè moderato. Sic accipies oleum rubicundum, & ad ulcerum curationem aptissimum.

*α* satis capacem.

*β* prodit potius gummi nigrum seu spissum, loco olei.

*γ* Ex oleo illo antimonii cum aceto ad supereminentiam trium aut quatuor digitorum in digestionem extrahitur tinctura, qua sola manet post evocatum spiritum vini in B. rubicundissima & dulcis. Ejus compositio sequens laudatur ad Quartanam: Recipe istius olei unciam semis: aloes succocitrinae drachmas duas; ambrae gryseae drachmam unam; essentia croci drachmam semis: cum n. portione aliquâ conserve bornaginis fiat massa. Dosis scrupulus semis in principio paroxysmi; purgat per inferiora.

Tinctura  
antimonii.

Medica-  
mentum  
ad Quar-  
tanam.

### OLEUM EX CROCO METALLORUM.

Recipe croci metallorum, sacchari albiss. an. q. v. Misce & irrorata saltem optimo vini spiritu. Stent ita aliquamdiu: postmodumq; lenissimo igne, (alioquin vas, propter nitrum & saccharum, dissilit) destilla. Primum exit aquositas: postea, aucto igne, oleum: quod asserva, tanquam thesaurum.

EA